ZARAGOZA (Archidiócesis)
[Proprium Officii]
Suplementum ad propria sanctorum : die XVIII martii, in festo S. Braulii Episcopi Caesar Augustani, et confessoris : duplex. -- [S.l.] : [S.n.] , [s.a.]
11 p., @6 ; 12º
Fecha probable de imp. 1777. -- Texto a dos tintas y a dos col.
1. Breviarios 2. Brebiarioak I. Iglesia Católica II. [Proprium Officii] III. Título

AR-R-11

# SUPLEMENTUM
## AD PROPRIA SANCTORUM
## DIE XVIII. MARTII.
### IN FESTO
# S. BRAULII EPISCOPI
## CÆSARAUGUSTANI,
## ET CONFESSORIS.
### DUPLEX.

Omnia de Communi Confessoris Pontifficis, præter ea, quæ sequunt.

ORATIO.

Ecclesiam tuam, Domine, perpetuis tuere presidiis, quam Beati Braulii Confessoris tui, atque Pontifficis munire voluisti zelò, eruditione, & exemplis. Per Dominum nostrum, &c.

---

### DIE XXIV. APRILIS.

In festo S. Fidelis à Sigmaringa Protomartyris.

DUPLEX.

Omnia de Communi Mart. temporis Paschalis, præ-

præter ea, quæ hinc assignantur.

ORATIO.

DEUS, qui Beatum Fidèlem Seràphico spíritus ardòre succènsum in veræ Fidei propagatione martyrii palma, & gloriòsis miràculis decorare dignatus es, ejus quæsumus mèritis, & intercessiòne, ità nos per gratiam tuam in fide, & charitate confirma, ut in servitio tuo fidèles usque ad mortem inveniri mereamur. Per Dòminum.

---

## DIE IV. MAII.

In festo Coronæ Dñi. N. Jesu Chr. dup. 2. cl.

In primis Vesp. usq. ad Cap. fit de festo Invent. S. Cruc. & à Cap. fit de hoc festo.

Capitulum. Cant. 3.

EGredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in Diademate, quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitie cordis ejus.

Hymnus.

LAUDA fidelis concio
Spinæ trophæum inclytum:
Per quam perit perditio,
Utique datur meritum.

Nos à puncturis liberat
Æterni Patris Filius:
Dum Spinis pungi tolerat.
Spinarum culpæ nescius.

Cùm Spinarum aculeum
Christus pro nobis pertulit,
Per diadema Spineum
Vitæ coronam contulit.

Plaudat turba fidelium
Quòd per Spinæ ludibrium
Purgat creator omnium
Spineti nostri vitium.

Quæsumus Auctor omnium

In hoc Paschali gaudio
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.
Deo Patri sit gloria;
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito
In sæculorum sæcula. Amen.

℣. Tuam Coronam adoramus Dñe. allel.
℟. Tuum gloriosum recolimus Triumphum, alleluja.

Ad Magnif. Aña.

Apprehendit Pilatus Jesum, & flagellavit, & milites plectentes Coronam de spinis, imposuerunt capiti eius, & veste purpureâ circumdederunt eum, alleluja, alleluja.

ORATIO.

PRÆSTA quæsumus, omnipotens Deus, ut qui in memoriam Passionis Domini nostri Jesu Christi Coronam ejus spineam veneramur in terris, ab ipso gloriâ, & honore coronari mereamur in Cœlis. Qui tecum, &c.

*Deinde fit comm. festi præc. Aña.*

Crucem sanctam subiit, qui infernum confregit, accinctus est potentiâ, surrexit die tertiâ, alleluja. ℣. Hoc signum Crucis erit in Cœlo, alleluja. ℟. Cùm Dominus ad judicandum venerit, allel.

ORATIO.

DEUS, qui in præclarâ salutiferæ Crucis inventione, Passionis tuæ miracula suscitasti: concede, ut vitalis ligni pretio, æternæ vitæ suffragia consequamur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre.

AD LAUDES,
& per Horas. Aña.

Milites Præsidis suscipientes Jesum in prætorium, congregaverunt

runt ad eum universam cohortem, alleluja.

Psal. Dñs. regnavit, cum reliq. Añа.

Et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei, allel.

Añ. Et plectentes Coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, & arundinem in dexterâ ejus, alleluja.

Añ. Et genuflexo ante eum, illudebant ei dicentes: Ave Rex Judæorum, alleluja.

Añ. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput ejus, alleluja.

Capitulum. Cant. 3.

Egredimini, &c. ut sup.

Hymnus.

ÆTERNÆ regi gloriæ
Devota laudum cantica
Fideles solvant hodie
Pro Coronâ Dominicâ:

Coronat Regem omnium
Corona contumeliæ,
Cujus nobis opprobrium
Coronam confert gloriæ.

De Spinarum aculeis
Christo corona plectitur,
Quâ ministris tartareis
Mundi potestas tollitur.

Corona Christi capitis
Sacro perfuso sanguine
Pœnis solutis debitis
Reos purgat à crimine.

Quæsumus Auctor omnium
In hoc Paschali gaudio
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In sæculorum sæcula.
Amen.

℣. Dñs. regnavit, decorem induit, allel. ℟.

Induit

Induit Dñs. fortitudinem, & præcinxit se virtute, alleluja.

Ad Benedictus. Ant.

Milites induunt Jesum purpurâ, & imponunt ei plectentes spineam Coronam. Et cœperunt salutare eum: Ave Rex Judæorum, alleluja.

Oratio.

Præsta quæsumus, &c.

## AD TERTIAM.

Ant. Et exuentes. Cap. Egredimini. ℟. brev. Tuam coronam adoramus Dñe. Alleluja, allel. Tuam coronam. ℣. Tuum gloriosum recolimus triumphum. Alleluja, alleluja. Gloria Patri. Tuam coronam. ℣. Gloriâ, & honore coronasti eum Domine. Alleluja.
℟. Et constituisti eum super opera manuum tuarum, alleluja.

## AD SEXTAM.

Ant. Et plectentes.

Capitulum. Apoc. 6.

VIDI, & ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exivit vincens, ut vinceret.

℟. br. Gloria, & honore coronasti eum Dñe. Alleluja, allel. Gloria, & honore. ℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Alleluja, alleluja. Gloria Patri. Gloriâ & honore. ℣. Eris corona gloriæ in manu Dñi. allel. ℟. Et Diadema regni in manu Dei tui, alleluja.

## AD NONAM.

Ant. Et expuentes.

Capitulum. Isaiæ 28.

IN illâ die erit Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui.

℟. br. Eris Corona gloriæ in manu Dñi. Allel. allel. Eris Coronâ.

℣. Et Diadema regni in manu Dei tui, alleluja. Gloria Patri. Eris Corona. ℣. Dñs. regnavit, decorem induit, alleluja. ℟. Induit Dñs. fortitudinem, & præcinxit se virtute, alleluja.

In secundis Vesp. Añ.

**Milites Præsidis**, cum reliquis de Laudib. Psalmi **Dixit Dñs.** cum aliis, ut in festo SS. Nomin. Jesu, & loco ult. Psalm. **Laudate Dñm. omnes gentes.**

Capit. Hymn. & ℣. ut in primis Vesp.

Ad Magnificat, Añ.

O Coronæ miranda dignitas, mortis pœnas debitas repellis. Tu spes lapsis, firmitas infirmis. Tu restauras coronas perditas, alleluja, alleluja, allel.

Deinde fit commem. seq.

---

## DIE XVIII. JULII.

In festo S. Francisci Solani.

### DUPLEX.

Omnia de com. Conf. non Pontificis, præter ea, quæ sequuntur.

### ORATIO.

DEUS, qui plurimas Americæ Gentes per Beatü Franciscum Ecclesiæ perduxisti, ejus meritis, & precibus indignatiônem tuam à peccatis nostris averte, & in Gentes, quæ te non cognôverunt, timôrem nominis tui, benignus immitte. Per Dòminum nostrum, &c.

---

## DIE XX. JULII.

Officium S. Hieronymi Æmiliani, Congregationis Somaschæ Fundatoris.

### DUPLEX.

Vesp. de S. Vincentio à Paulo, à Capitulo de sequenti.

Omnia

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter sequentia.

ORATIO.

DEUS misericordiarum Pater, per mèrita, & intercessionem Beàti Hierònymi, quem òrphanis adjutòrem, & Patrem esse voluisti, concede: ut spiritum adoptionis, quo filii tui nominamur, & sumus, fidèliter custodiamur. Per Dòminum nostrum.

Deinde fit commemoratio præcedentis & S. Margaritæ Virg. & Martyris.

## DIE XXI. AUGUSTUS.

In festo S. Joannæ Franciscæ Fremiòt de Chantal, Ordinis Sanctimonialium Visitationis S. Mariæ Fundatricis.

DUPLEX.

Omnia de Communi nec Virginum, nec Martyrum, præter ea, quæ sequuntur.

ORATIO.

OMnipotens, & misèricers Deus, qui Beàtam Joànnam Franciscam admiràbili spiritus fortitùdine per omnes vitæ sèmitas in via perfectiònis donàsti, quique per illam illustràre Ecclèsiam tuam nova prole voluisti: ejus mèritis, & prècibus concede, ut qui infirmitàtis nostræ conscii de tua virtùte confidimus, cœlèstis gràtiæ auxilio, cuncta nobis adversàntia vincàmus. Per Dñm. &c.

## DIE XXVII. AUG.

In festo S. Josephi Calasanctii à Matre Dei, Confesoris, & Fundat. Ord. Cleric. Regul. Paup. Matris Dei Schol. Piar.

DUPLEX.

Omnia de Communi Confes. non Pontif. præter ea, quæ sequuntur.

*In Hymn. Vers. dicatur:*

Hac die lotus meruit suprèmos laudis honòres.

ORATIO.

DEUS, qui per Sanctum Josèphum Confessòrem tuum ad erudièndam spiritu intelligèntiæ, ac pietàtis juventutem, novum Ecclèsiæ tuæ subsidium providère dignàtus es; præsta quæsumus, nos ejus exèmplo, & intercessiòne, ita facere; & docère, ut præmia consequàmur æterna. Per Dñm. nostrum.

---

## DIE XVIII. SEPT.

**Officium S. Josephi à Cupertino Confes.**

### DUPLEX.

*Omnia de Communi Confes. non Pontificis, præter sequentia.*

*In primis Vesperis, quæ dicuntur de festo.*

*Ad Magnificat.*

*Antiphona.*

Mòrtuus sum, & vita mea est abscòndita cum Christo in Deo.

ORATIO.

DEUS, qui ad Unigènitum Filium tuum exaltàtum à terra òmnia trahère disposuisti: pèrfice propitius; ut mèritis, & exèmplo Seràphici Confessòris tui Josèphi supra terrènas omnes cupiditàtes elevàti, ad eum pervenire mereamur. Qui tecum vivit.

*Deinde fit comm. Sacrorum Stigmatum in Corpore S. Francisci.*

### Ad Benedictus.

*Antiphona.*

Ostèndit mihi (Dòminus) flùvium aquæ vivæ, splèndidum tamquam christàllum procedèntem de sede Dei, & Agni.

*Et fit commemoratio Feriæ, si venerit in quatuor temporibus, ad Laudes tantùm.*

Ves-

In Vesperis à Capitulo de Sanctis Martyribus Januario, & Sociis, cum commemoratione S. Josephi à Cupertino.

*Antiphona.*

Existimo òmnia detrimèntum esse propter eminentem sciëntiam Jesu Christi Dòmini mei.

℣. Justum dedûxit Dòminus per vias rectas.

℟. Et ostèndit illi regnum Dei.

Orat. Deus, qui ad Unigenitum, ut sup.

---

## DIE XXVII. SEPT.

In festo B. Simonis de Roxas, Sacerdotis Professi, Ordinis Calceatorum Santissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, Fundatoris Congregationis Ave Maria.

### DUPLEX.

Omnia de Communi Confess. non Pontificis præter sequentia.

### ORATIO.

DEUS, cujus chàritas in corde B. Simonis diffussa, exìmio in sanctissimam Filii tui Genitricem cultu, & assiduis misericordiæ opèribus enituit: illius intercessiòne concède, ut eodem chàritatis fervòre succènsi, & B. Mariæ Virginis tutèla protècti, tuam misericordiam consequàmur. Per eùmdem Dñm. nostrum, &c.

---

## DIE XX. OCTOBER.

In festo S. Joannis Cantii, Confessoris semiduplex.

Omnia de Communi Confess. non Pontificis; præter ea, quæ hic sunt propria.

In 2. Vesp. S. Petri de Alcantara fit commemoratio sequentis.

*Antiphona.*

Similàbo eum viro sapien-

pienti, qui ædificavit domum suam suprà petram.

℣. Amàvit eum Dòminus, & ornàvit eum.

℟. Stòlam glòriæ induit eum.

ORATIO.

DA quæsumus omnipotens Deus; ut S. Joànnis Confessòris exemplo in scièntia Sanctòrum proficièntes, atque aliis misericòrdiam exhibèntes, ejus mèritis indulgentiam apud te consequàmur. Per Dòminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Nisi festum S. Joannis transferri contingat: tunc enim in primis Vesperis, et à Capitulo fiat de eodem festo, dicitur sequens.

Hymnus.

GENTIS Pòlonæ glòria,
Clerique splendor nòbilis,
Decus Lycèi, & pàtriæ
Pater, Joànnes inclytæ.

Legem superni Nùminis,
Doces Magister, & facis,
Nil scire prodest: sèdulò
Legem nitamur èxequi.

Apostolòrum limina,
Pedes viàtor visitas
Ad patriam, quam tendimus,
Gresus viàmque dirige.

Urbem petis Jerùsalem:
Sìgnàta sacro sanguine
Christi colis vestigia,
Rigasque fusis flètibus.

Acerba Christi vulnera
Hærète nostris còrdibus,
Ut cogitemus consequi
Redemptionis prètium.

Te prona mundi màchina
Clemens adòret Trinitas,
Et nos novi per gratiam
Novùm canàmus cànticum.
Amen.

Ad

Ad secundas vesper.

Hymnus.

TE deprecànte còrporum
Lues recèdit, improbi
Morbi fugàntur, pristina
Redeunt salùtis mùnera.

Phtisì febrique, & ùlcere
Diram redàctos ad necem,
Sacratas morti victìmas
Ejus rapis è faùcibus.

Te deprecante, tùmido
Merces abàctæ flùmine,
Tractæ Dei pòtentia
Sursùm fluunt retrògradæ.

Qoum tanta posis, sèdibus
Cœli locàtus, pòscimus:
Respònde votis sùpplicum,
Et invocàtus sùbveni.

O una semper Trinitas!
O trina semper unitas!
Da, supplicànte Cantio,
Etèrna nobis præmia.
Amen.

℣. Justum dedùxit Dòminus per vias rectas.
℟. Et ostèndit illi regnum Dei.

Ad Magnificat.

Antiphona.

Hic vir despìciens mundum, & terrena, triumphans, divitias Cœlo còndidit ore manu.

Oratio.

Da quæsumus, ut supra.

Deinde fit commemoratio S. Hilarionis Abbatis.

Postea SS. Ursulæ, & Sociarum Virg. & Martyrum.